

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Quarti ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DIST. XLIIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150224

A hoc ad aliud cum dicitur, quod permanens non habet esse in tempore. i. cum tempore nisi quia in instanti. hac falsa est tenendo primam viam de mensurari quo. Tenendo autem aliam, oportet dicere quod cum toto tempore est, nullud est immediatum ad instanti, sicut continuum ad suum terminum, & hanc immediationem non habet, ut est in alio instanti, & tunc oportet negare istam, permanens non habet esse in tempore, nisi quia in instanti. verum quidem est, quod potest esse in instanti, sed tamen potest habere esse in tempore. videlicet esse duratium, & secundum istud esse & non illud instantaneum est immediatum ad esse instantaneum sequens. Sed prima responsio videretur facilius, & rationabilius, quia permanens, & si maneat cum tempore, videtur habere esse in se, & quod indivisibile.

SOLENT AUTEM NON
NULLI PER CONTRA
RII &c.

DIST. XLIII.

QUESTIO PRIM A.

*Utrum in quolibet homine resurget
totum quod fuit de veritate hu-
mana natura in eo.*



I N CA istam dist.
44. quaro primo.
Utrum in quolibet
homine resurget
totum quod fuit
de veritate humanae naturae in
eo. Quod non. Gen. 2. Tulit Deus
vnam de costis Adae & edificavit
eam in mulierem. ergo vel
Eua non resurget, quia non illud

quod fuit in ea de veritate hu-
mane naturae ex costa, vel Adam
non resurget cum toto eo quod
fuit in ipso de veritate naturae,
quia non cum costa. ¶ Præterea
idem non resurget in diversis,
sed quod fuit de veritate carnis
in vno potest esse nutrimentum
alteri, & per consequens conuer-
ti in veritatem naturae alterius.
& ita successiue esse de veritate
naturae in duobus. ergo in al-
tero non resurget quicquid in
ipso fuit de veritate naturae hu-
manae. ¶ Præterea ex eadem ma-
iore sumendo sub ipsa istam mi-
norem. illud quod fuit semen in
vno per multas transmutationes
potest fieri semen in alio. & per
consequens in genito ab illo &
genito ab isto idem erit de veri-
tate naturae in vtriusque. ¶ Præ-
terea non oportet quod in quolibet
resurgat quicquid fuit de verita-
te naturae humanae in eo, nisi ut
redeat simpliciter idem nume-
ro quod cecidit, sed pari ratio-
ne oporteret idem dicere de sin-
gulis membris vel partibus or-
ganis, & tunc in qualibet parte
oporteret resurgere illud quod
fuit de veritate cuiuslibet par-
tis, quod est contra Aug. in en-
ch. & ponitur in litera. non ita re-
parabitur ut ad eandem corpo-
ris partes ubi fuerint redire ne-
cesse sit. alioquin si capillus re-
dit quem tam crebra tonsura de-
traxit &c. & subdit. Quemadmo-
dum si statua metalli liquefec-
ret, & eam vellet artifex rursus
ex materia reparare, nihil inter-
esset ad eius integritatem quæ
particula materię cui membro
istatue redderetur, dum tamen
tota restituta resurgeret. ita De-
mirabiliter de toto quo caro no-
stra existerat, eam mirabili cele-
ritate

Ca. 86.

Axirate restituet. nec aliquid attinebit ad eius integrationem. vtrū capilli ad capillos redeant, aut in partes alias reuocetur curante artificis prouidentia ne

Ca. 86. quid indecens fiat Oppositum vult Aug. ibidem in ench. q. caro restaurabitur de toto, quo caro nostra extiterat. Idem etiam **rs. et inde.** dicit. 20. ciui. Dei. c. & Luc. 22. Capillus de capite vero non peribit.

Vide var. **q. 3. huius** **materia.** CIRCA ISTAM quæstionem. ex quo homo componitur ex corpore & anima, & anima semper manet eadē, oportet

videre de corpore organico quo modo redit idem, quia vero corpus illud componitur ex multis partibus organicis & etherogeneis, quæ distinctio partium requiritur propter multitudinem operationum, quarum anima est principium propter sui perfectionem, oportet videre de identitate partium etherogenicarum, & quia partes etherogenæ componuntur ex partibus homogeneis oportet videre identitatem in homogeneis. ¶ Primo ergo qualiter pars homogenea puta caro in continua nutritione maneat eadem & non eadē. ¶ Secundo quomodo redeat eadem quæ fuit primo in corpore mortali. ¶ De modo nutritionis

Magister **in 2. dist.** **p. 2. c. qui** **bus res. &** **c. 30.** est una opinio. quæ dicit quod nihil de nutrimento transit in veritate humanæ naturæ, sed tantum illud est de veritate humanæ naturæ quod contrahitur a parentibus. Illud autem in se multiplicatur vt fiat augmentatio. Exemplum de multiplicatione panum euangelicorum, quod autem generatur ex nutrimento quali fomentum adhæret calori naturali ne extinguatur, si-

cut oleum adheret lichino. Scitatur requiritur nutrimentum quauis non conuertatur in veritatem humanæ naturæ. ¶ Contra hoc primo quia non minus perfecta est vegetatiua in homine quam in bruto. ergo non minus potest in hanc operationem vegetatiuæ quæ est nutrire est conuertere substantiam alimenti in substantiam alendi, quia sic est in bruto. ergo per vegetatiuam in homine potest fieri talis conuersio. ¶ Et confirmatur. Ita generatur homo imperfecte quantitatatis sicut bruta, & ita fit in eo de perditio continua partium, sicut ibi. ergo ita oportet esse augmentationem & restitutionem deperditū hic sicut ibi. Hic autem est per hoc q. terminus augmentationis est aliquid de esse ipsius substantiæ nutriendi & augmentandi. ¶ Præterea secundum istam viam non possemus ponere augmentationem possibilem in homine nisi per miraculum, sicut patet de illa multiplicatione panum, quare ergo magis deficeret natura illa qui natura bouis quo ad hoc, quod est acquirere quantitatem perfectam post imperfectam. ¶ Præterea secundum illam viam sequeretur q. in homine esset aliqua caro simpliciter incorruptibilis per totam vitam suam, vel si iterum periret nunquam posset restaurari, quia non nisi per nutrimentum. quod negatur. virtusque est inconveniens. ¶ Primum, quia illa pars incorruptibilis esset alterius speciei a ceteris partibus carnis corruptibilibus. secundum, quia semper minus esset in homine de veritate carnis humanæ. ¶ Præterea panes carnis quæ generantur de nutri-

Aumento sunt vere animata etiam anima intellectiva. ergo sunt vere de substantia viventis tali vita. Antecedens licet videatur manifestum tamen probari potest, quia qualibet est animata anima sensitiva, quia in qualibet potest exerceri aliqua operatio sensitiva ut tactus, qualibet est anima vegetativa, quia qualibet debet quantitatibus potest aliquam actionem vegetativam habere, sensitiva autem et vegetativa in homine eadem anima est cum intellectiva ex 2. lib. di. 1. q. 6. & distinc. 1. 1. artic. 2. q. 1.
 Et quod aliter dicitur, quod caro primo formata inducitur a parentibus est de veritate humanae naturae, nutrimentum vero postea transiit in istud quod est de veritate, sed hoc modo, quia convertitur in praexistens non recipiendo novam formam, neque secundum totum, neque secundum partem, sed tantummodo per hoc, quod deficiente ibi forma nutrimenti, succedit in illa materia forma carnis praexistens. Istud declaratur per exemplum, quia sic est de anima intellectiva, quod de novo perficit materiam, quae fuit sub forma alimenti, nec tamen ipsa in se est nova secundum totum, nec secundum partem. Et declaratur et per auctoritatem, quia primo de generatione c. de augmento. Caro secundum speciem augetur, non caro secundum materiam, & caro secundum speciem manet, caro autem secundum materiam fluit & refuit, sed si induceretur nova forma carnis in nutritione, & pari ratione desineret in depreditione pars formae carnis, quae praefuit non solum materia carnis fluere, & refuere, sed et forma, quod videtur esse contra eum.
 Tertio per rationem, quia si in nutritione materia nutrimenti

reciperet aliam formam carnis, quae non praefuit, ergo cum aliqua carne praexistente non faceret unum, nisi quoddam contiguum, vel continuum cum illa, & tunc nutritio esset quaedam iuxta positionem carnis novae ad carnem praexistentem, quod negat philosophus, ubi prius. Et sequitur etiam, quod non qualibet pars nutritio esset nutrita, vel aucta aucta, quia non illa pars cui iuxta ponitur caro nova. Contra istam opinionem. Contra istam opinionem forma quae nullo modo est extensa ex parte sui, nec aliter, quam prius perficit materiam alio & alio modo extensam respicit eam indivisibiliter, hoc est quod ipsa non secundum partes perficit partes materiae, forma autem carnis non respicit hoc modo materiam indivisibiliter, quia tunc esset simplex, sicut anima intellectiva, quod non conceditur, ergo cum materiam alio modo extensam, quia multo maiorem, quam ante perficiat, oportet quod illa sit aliter extensa. Et tunc cum partes eius priores maneant, oportet quod aliqua pars formae sit nova, alioquin non esset extensor nunc, quam prius. maior probatur, quia forma quae ut extensa per accidens respicit materiam extensam, ipsa alio modo extensa respicit materiam alio modo extensam, quia secundum Aristotem in praedicamentis. Quanta est superficies, tanta est albedo. Et apparet per rationem, quia pars eius est in parte, & ita maior in maiori. Et praeterea conceditur, quod post nutritionem plures sunt partes materiae in toto, quam prius. aut ergo pars nova materiae est in toto sine forma, quod est inconueniens, aut est ibi sub forma nova, & est propositum,
 Secundo sup. Sen. 4. Vnde aut

Cap. de
quantitate.

¶ aut sub forma præexistenti, & tunc vel illa desinet perficere partem materiæ quam prius perficit, & tunc migrabit eadē pars formalis a parte materiæ ad aliā partem, quod est inconueniens, aut illa pars formæ prior eadem perficiet simul partem materiæ nouam, & tunc sequitur qd simul perficiet duo perfectibilia, quorum vtrunque est sibi adæquatum.

¶ Præterea caro ista nata est fluere, quia non est incorruptibilis, sed non tantum fluit materia quam forma, quia forma illa non potest manere eadem nisi maneat informans materiam, quam prius loquendo de eadē parte formæ, quia dependet naturaliter a perfectibili quod perficit. ergo oportet compositū fluere, & per consequens compositum redire per nutritionem.

¶ QVANTVM ERGO ad istum articulum sit hæc prima conclusio, qd in nutritione est aliqua generatio, extendendo generationē ad omnem inductionem formæ substantialis in materiā post priuationē, quia sicut argumentum est, materia alimenti nō manet sub forma alimenti, nec sub aliqua alia quā sub forma nutriti, & illam recipit post nutritionem. ergo &c. ¶ Expositio istius conclusionis non n. d. r. aggeneratio simpliciter, quia non est gñatio p se entis, prout illud d. r. per se, qd non est pars alicuius, sed potest dici aggeneratio, quia gñatio alicuius qd per gñationē fit idē alicui persistenti cui aggeneratur, vel potest dici ingeneratio, quia generatio partis in toto cuius non fuit pars. ¶ Secunda conclusio, qd in illa generatione tali quali formæ carnis quæ

inducitur in materiā nutrimenti noua est, quia vt est argumentum contra præcedentē opi. persistens nō posset de nouo perficere illā materiā, quia non cōpetit nisi formæ oīno inextense sicut explicatur ibi de intellectu. ¶ Libert. n. extensa per accidens habet partem aliam in alia & alia parte materiæ, & ita si noua materia perficitur, non perficitur per aliquā partem quæ prius perficit aliam materiam. ¶ Declaratio istius est per fluxum partitū genitū in nutritione, quia qd illa fluit, sicut materia partis illius desinet esse aliquid totius carnis, ita & forma quæ perficit illā materiam desinet esse, quia non potest manere sine illa materia nec migrare. ¶ Tertia conclusio, pars adueniens per nutritionem est aliquo modo similis parti præexistenti quæ insuit per generationem & aliquo modo dissimilis. ¶ Similis in forma specifica non tamen intellectiva, sed corporeitatis quæ præsupponitur. ¶ Dissimilis in hoc, quia quanto agēs mere naturale magis continuatur actionem in contrariū, tanto magis debilitatur eius virtus, qd probatur, quia oē tale agēs repati in agendo, & ita quia agit in contrariū patitur ab ipso, quā actio nē vocat philosophus corruptiuā. ergo caro primo habita et generatione quāto magis agit in nutrimentum vt contrarium, tanto magis debilitatur virtus eius, & ex hoc dicitur impuriore caro. ergo illa post aliquod tempus in quo continue sic agit in contrarium est impuriore qd in principio. & per consequens cā genitū nō possit esse perfectius generare, sequitur qd caro genita ab illa carne posteriori quā-

A tō posterius generatur, tanto re-
gulariter erit impurius, quia ab
impuriori genita. ¶ Ista con-
clusio confirmatur per exem-
plum philosophi primo de Gen.
quāto vinū magis egit in aquā
mixtam sibi, tanto est impurius,
intantum vt tandē pp impurita-
tē quasi totum fiat aqua. ¶ Hec
conclusio includit aliam, q̄ non
tū posterior genita est impu-
rior priori, sed eadem manens
in toto posterius est impurius
seipsa prius, & hæc est rō impu-
ritatis in carne posterius genita.
¶ Hæc conclusio non asserit for-
mam carnis non recipere magis
& minus: si tamen illud poneretur,
ista impuritas esset propter
remissionem formæ substantia-
lis, potest tamen poni præcise
propter imperfectionem quali-
tatum naturalium consequen-
tium formam quæ sunt princi-
pium alterandi nutrimentum, q̄d
quanto imperfectius alteratū
tō ex eo caro impurius genera-
bitur. ¶ Quarta conclusio. de di-
stinctione carnis secundū spe-
ciem & carnis s̄m materiam ap-
paret ex tertia, quia vnaquæque
pars carnis habet certam perio-
dum in toto, & tanto maiorem
quanto purior, tanto minorem
quanto impurius. tandiu enim
potest esse suum conseruare in
toto, quandiu potest per qualita-
tes suas resistere corruptenti.
Hæc autem periodus maior est
in parte prius genita, quā po-
sterius, & in priori parte peri-
odi, quæcunque eadem pars est
efficacior ad agendum, quā in
posteriori. Et intelligenda est
illa differentia cæteris paribus,
hoc est si pars carnis genita fue-
rit ex tali nutrimento, quod fuit
natum conuerti in carnē æque

puram, sicut ex quo genita est il-
la caro. si quidem alteratione
proportionata posita, ex vno ali-
mento nata est caro purior ge-
nerari, quā ex alio. ¶ Ex istis
ad quartam conclusionem for-
ma dat esse & agere, ergo pars
secundum formam potest dici
quandiu habet esse secundum
formam, vel quandiu habet age-
re secundum formam, & s̄m in-
fert primam, licet non e contra.
citius. n. deficit alicui actio pp
imperfectionem, quā esse, &
siue sic, siue sic, pars s̄m formā
non est tantum pars formæ, sed
includit materiam, & formam.
Primo autem modo quæcunq;
pars dum manet in toto, dicitur
pars secundum formam, a prin-
cipio, scilicet periodi sui vsque
ad finem, quia. s. tandiu habet
esse. Secundo mō non d̄r pro
omni parte periodi pars s̄m for-
mam, sed pro illa pro qua habet
virtutē ita efficacem, q̄ potest
sibi cōpetere actio s̄m formam.
non dico sibi tantummodo, vt
concurrerē ad actionē toti⁹, nec
sibi simpliciter separata a toto,
sed sibi in toto virtus inest ad
primā actionē, quā vt ibi exi-
stens posset habere, licet non cō-
sideretur præcise, vt concurrens
ad actionem totius, & illa effica-
cia virtutis requirit determina-
tam virtutem intensiuam, & ex-
tensiuam, quia non quæcunque
modica pars in toto posset illo
modo habere actionem pro-
priam, sed tantummodo con-
currere ad actionem totius, vt
dicit philosophus in de sensu.
de actione ceterisimā millesimē
partis millij in sensum. Requiritur
ergo aliqua determinata q̄-
titas extensiuā ad illam effica-
ciam agendi in toto, requirit &

Cap. 8. ubi
quidā di-
uidunt.

Vu 2 quan-

A quantitas intēsiua virtutis, quia (vt dictū est) post remissionem virtutum actiuarū, intā tñ, vt magis cedant contrariis, quā vincant, nō pōt illud agere propria actione. ergo hoc secundo mō pars fm speciem est tantā quāzitatē naturalis, & tantā virtutis actiuā, q sibi possit competere propria actio, non quidē vt supposito extra totum, sed sic propria, q non tantum cōcurrat ad actionem totius. ¶ Primo modo parti fm speciem non opponitur proprie pars fm materiā, nisi sicut homini viuo opponitur homo mortuus, & sic eadem pars dicitur pars secundum speciem, dum manet in toto, & pars secundum materiam quando fluit, sicut idē dī primo homo viuus, & postea mortuus. ¶ Secundo mō alia est pars fm speciem, alia fm materiā et partibus manentibus in toto: quia aliqua modica pars, cui non potest cōpetere propria actio, et si sit in principio sui periodi, est pars fm materiam, pars autem quantitatis sufficientis ad agendum est pars secundum speciem, & hoc si habeat virtutem efficacē ad agendum, quā requirit quantitatem virtuale. ¶ Et per oppositum pars secundum materiam, quā habet talem efficaciam virtutis, quantumcunque quantitatem extensiuam habeat.

PER HOC ad fundamenta precedentis opin. ¶ Exemplum de intellectuā est ad oppositum, quia illa modo inextensibili, & inextensibiliter respicit materiam, & ideo nullā partē nouam habet per hoc, q perficit nouā partē materiā, sed oppositum sequitur de illa forma

extensibili in materia. ¶ **Aucto C** ritas philosophi & de carne fm speciem, & fm materiā soluta est in quarta conclusione, q nō intelligit, q pars fm materiā fluit & refluat. i. materiā tñ, & pars fm formā maneat. i. formā fm se totam, sed tam pars fm materiam q pars fm formam est pars integraliter totius, & est vere cōpositum ex materia & forma, nā de vocat carnem fm materiam, & carnem fm speciem cōpositum ex materia & forma, non autem materiam carnis, & speciem carnis: q aut pars cōposita ex materia & forma carnis sit caro fm speciem, & quā fm materiā, dictū est in quarta conclusione: & quō caro fm materiam fluit, patet fm primū modum distinguendo carnem in carnem fm speciem, & carnem fm materiam, fm autē fm modum pars fm materiam fluit. i. est in proxima dispositione ad fluendū, & hoc loquēdo de parte fm materiā pp defectū quantitatis virtutis. ¶ Loquēdo autē de parte fm materiam pp defectū quantitatis molis, non est intelligenda illa differentia de fluxu & non fluxu, sed illa pars fm speciem augetur, pars fm materiam non augetur, quia (vt dictim dicitur) minima, vel aliqua non notabiliter magna in toto non augetur, sed aliqua determinatē quantitatis (quā sufficit ad partem) fm speciem auget. ¶ Pars ergo fm speciem non pōt fm primū intellectū, quia manet in toto: nec fm fm intellectum, quia habet virtutem conferendi se in toto: nec fm tertium intellectū, quia habet quantitatem sufficientē, vt aliqua pars ad sui cōseruationem sibi aggeneretur.

A rur, & per oppositum pars secundum materiam tripliciter intel-
lecta tripliciter fuit. ¶ Ad tertium
dico, p. & in nutritione, & in au-
gmentatione est quædam iuxta-
positio, & in ipsi nutritio, vel au-
cto (& hoc siue toti siue parti)
non fit tantum iuxtapositio. ubi
intelligendum, pone aliquam par-
tem tantæ quantitatis, & virtu-
tis, ut non tantum coagat toti, sed pos-
sit in toto existens hinc propriam
actionem dicatur. a. habet ista
modicas partes. esto. 10. quarum
qualibet (quæ forte requiruntur
plures in uno quàm in alio, utpote in
planta sufficit una, in bruto due,
in homine tres, vel plures non
euro,) habet æqualem virtutem
intensiue, dicantur. b. c. & cæ. Si
nutrimentum fuerit per quot-
cunque sequestrationes, vel de-
putationes ad hoc deductum,
ut iam sit sub forma proxima
formæ nutriendi, siue hoc fue-
rit antequam localiter mittat
ad partes nutriendas, siue postquam
missum fuerit per virtutem re-
gitiuam totius, & hoc per qual-
cunque vias subtiles descruientes
tali missioni, cuiusmodi sunt ve-
næ in corporibus, aliam, & alia
huiusmodi correspondentia in
plantis, iam istud sub forma cæ-
bi, vel glutini, vel totis approxi-
matur parti nutriendæ, & re-
ceptum in poris quibuldam di-
missis ex fluxu quarundam par-
tium secundum materiam quæ
præfuerit ibi, & nunc ex fluxu
suo reliquerunt poros repletos
aliquo humore subtiliori, & ita
totum carens densitate in parti-
bus requisita ad bene esse eius
ibi existens, conuertitur in ip-
sum nutriendum. & sicut ante
conuersionem iuxta ponebatur
cõtinge partibus nutriendi, ita

post conuersionem iuxta poni-
tur cõtinue aliquibus partibus
manentibus. esto ergo. a. est tan-
ta pars, cui conueniat nutriri, &
augeri in poris intra ipsam. a. re-
cipiuntur passim partes nutri-
menti, & sibi existentes aggre-
gantur partibus. b. & c. & cæ-
ris præexistentibus illis iuxta
ponuntur, sed non toti, quia
sunt aliquid intra ipsum totum,
licet ylla pars de nouo genita
sit aliquid intra aliam partem
illius partis nutritæ. esto quod
illa sit minima cui conueniat
proprie nutriri, vel augeri sic
quod qualibet pars eius sit nu-
trita, vel aucta. Et istud est ne-
cessarium ponere, scilicet ali-
quam partem notabilis quanti-
tatis minimam, sic auctam, quia
si qualibet pars in toto quan-
tumcunque modica augetetur
proprie, necesse esset quod au-
ctum semper augetetur in du-
plo, vel saltem in notabili quan-
titate maiori quam prius, quod
est manifeste falsum.

¶ Sic ergo apparet ad rationem
illam, quomodo in nutritione
est iuxtapositio alicuius, quia
partibus minimis, quæ proprie
non nutriuntur, sed non est iux-
tapositio illi quod proprie nu-
tritur, cuius. I. alia pars fluxit, &
postea alia pars noua restaurat.
sed illi sit quædam ingeneratio,
idest intrinseca generatio par-
tis nouæ loco partis antiquæ quæ
fluxit. ¶ Sed * ex istis adhuc non
hinc de modo augmentationis
quia illa aggeneratio quæ fit in
nutritione est momentanea, au-
gmentatio autem non est in in-
stanti, cum sit motus. Illa et po-
test fieri sine augmentatione, ut
manifestum est secundum philo-
sophum primo de generatione, nec

B. excon-
se qd de
auctione
non loquit
hic, sed de
supra.
di. 10. hu-
ius. Pag.
237.
t. a. et c.
circiter.

V u 3 oportet

A oportet hic addere modum augmentationis, quia non querimus hic de nutritione, nisi ut habeamus quomodo in nutritione manent partes homogeneæ eadem, vel non eadem.

DE SECUNDO principali (supposito quod ad veritatem naturæ huius hominis pertineat, non tantum partes essentielles. i. materia & forma, sed etiam partes integrales, non tantum partes eterogeneæ sed homogeneæ, ex quibus componuntur eterogeneæ, & breuiter quicquid fuit vere aliquando animarum anima intellectiua, vel per se aliquid huiusmodi animati.)

¶ Dico primo conclusionem hanc. Non quicquid fuit in Petro pro tota vita eius de veritate naturæ eius resurget in eo. **B** probatur breuiter, quia ex quodales partes multæ fluxerunt in vita eius, & aliæ multæ redierunt ex præcedente articulo, si omnes ille redirent in eo, vel esset corpus eius immoderate densitatis, vel immoderate quantitatis. **¶** Secunda conclusio est videre quæ partes resurgent. ut sit debita densitatis, & debita magnitudinis, & hoc tantæ quantæ futurus esset in fine triginta annorum si vixisset, quia tantæ quantitatis ponitur quodlibet reformandum in resurrectione, quod intelligo, si non fuisset oblatio in isto impediens eum perungere ad debitam quantitatem infra triginta annos, quæ contingeret in isto natura non orbari. **¶** Hic duplex est via, hoc enim verum est, quod regulariter pars prior in corpore hominis viuents purior est ex præcedenti articulo, regulariter dico, quia ex impedimento acciden-

tali, vel ex parte conuenientis, vel ex parte conuenientis, vel alio modo ciui adhibiti potest aliud accidere, hoc autem est probabile, quod corpus illud reparabitur ex partibus purioribus, quæ aliquando fuerunt partes huius corporis, ergo habebit totum illud, quod contractum est ex parentibus, quia hoc fuit purissimum, & de alijs genitis ex nutrimento semper prioribus, vique ad quantitatem sufficientem toti corpori.

¶ Alia via, nutritio non est per se necessaria, nisi ad restaurationem deperditi, augmentatio autem est per se necessaria, ut genitum attingat ad debitam quantitatem naturæ suæ. In quacunque ergo nutritione vique ad terminum augmentationis aliquid præcise conuertitur propter nutritionem, scilicet ut restauretur illud, quod fluxit, aliquid autem propter augmentationem, scilicet ut acquiratur quantitas debita, etiam si nihil fuisset, & primum quidem non est de principali intentione naturæ, simpliciter enim natura magis conseruaret ad esse totius partem, quæ fluxit, si posset conseruare, quam loco eius aliquid perfectiorem restauraret, sed secundum est de principali intentione naturæ volentis attingere quantitatem perfectam, ita quod secundum intentum est propter perfectionem acquirendam. primum autem quasi occasionatum propter vitandam imperfectionem. **¶** Huic addit ista probabilis, quæ vique ad quantitatem debitam, illa erunt partes in corpore relucitudo, quæ natura magis ex intentione fecit esse partes illius corporis, sed

A huiusmodi sunt illæ quæ adueniunt, ut augeant, non autem illæ quæ adveniunt ut restaurent. ergo resurget corpus ex illo quod primo tractum est a parentibus, & ex alijs partibus generatis ex nutrimento propter augmentationem debitam corporis, usque ad quantitatem sufficientem illi corpori.

¶ Illæ dux viæ in hoc consistunt quod quicquid tractum est a parentibus resurget, quia secundum primam viam illud est purissimum inter omnes partes corporis. secundum aliam viam, illud est maxime de intentione naturæ in isto supposito, sed discordant quantum ad partes genitas ex nutrimento. quia prima ponit huic adiungi partes, quæ fuerunt puriores in illo corpore secundum totum fluxum, vitæ eius, alia ponit huic adiungi partes, quæ magis ex intentione naturæ fuerunt de veritate huius corporis, non autem eadem sunt puriores in toto fluxu temporis, & magis de intentione naturæ partes huius, quia semper prius genitæ regulariter erant puriores, siue magis siue minus intentæ, semper autem siue prius siue postea illæ quæ ultra restaurationem necessariam deperditi fuerunt, genitæ fuerunt magis de intentione naturæ.

¶ Si obiecias contra utramque viam, quæ ergo resuscitatus habebit eandem carnem, quæ habuit hic vivus. ¶ Dico, ergo non habebit præcisè eandem quam habuit in aliquo instanti, vel in aliquo tempore vitæ suæ, sed nec habebit totam illam quam habuit in aliquo tempore præteritam, quam contraxit a pa-

rentibus, illam quidem totam habebit, & alias partes quas successivè habuit, nunc istam, nunc illam, & sic est magis idem corpus resuscitatum corpori habitum in hac vita, quam si esset idem quod ipse habuit in aliquo instanti determinato, vel tempore vitæ suæ, quia si esset idem illi pro tali instanti esset magis aliud a corpore suo pro alio instanti.

A D A R G V M E N T A. *Idem dicit Ricardus de præsentatione. ar. 1. q. 4.*

¶ Ad primum dico, quod illa costa non fuit de veritate naturæ in Adam, quia præter illam habuit costas sufficientes secundum quod competunt homini communiter. illa autem fuit sibi data tanquam superflua quo ad suppositum, sed necessaria quo ad intentionem naturæ, sicut in masculo est semen, non tanquam aliquid naturæ illius suppositi, sed propter generationem alterius suppositi est in illo, tanquam in vase, vñ non est animatum anima istius, ita fuit de illa costa. ¶ Vel si omnino fingatur, quod illa fuit costa simpliciter sibi necessaria, sicut pars integralis. ¶ Respondeo, sequitur replevit carnem pro ea, id est loco eius aliam costam formavit. Primum verius credo, sed dato secundo non resurget in Adam costa translata, sed alia.

¶ Ad aliud credo quod nunquam fuit, nec erit usque ad finem mundi aliquid æque de veritate humanæ naturæ in duobus suppositis. Et ideo resurget præcisè in vno, in quo magis fuit de veritate, magis inquam, vel quia in ipso purius, vel quia magis de intentione naturæ pars eius. ¶ Si autem omnino contendatur, quod simpliciter, &

V u 4 æqua-

a. List.

Idem dicit Ricardus de præsentatione. ar. 1. q. 4.

D

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

A æqualiter fuit de veritate natura vtriusque. ¶ Dico quod resurget in illo in quo prius fuit animata, & hoc dicit Auguf. & ponitur in litera. redditur illi anima, quæ illam primitus ut homo fieret animavit, & istud est rationabile, quia post primam animationem facta est illa caro illius hominis, & per consequens, & si postea quasi viurpetur ab alio, non amittitur illa prima habitudo eius ad hanc materiam. si autem illi in quo fuit secundo de veritate nature sufficiant ad quantitatem debitam partes alia, quæ fuerunt corporis sui in successione vite sue, per nutritionem ex illis reparabitur corpus debite quantitatis, quia istæ fuerunt animata ista anima, & essentialiorem ordinem habuerunt ad illam animam præter illud, quod in alio resurget, quia ad aliam animam habuit essentialiorem habitudinem, quæ ad istam. Si vero præter illud quod in alio resurget, partes nutritimentales, quas ille successively habuit, non sufficiant ad debitam quantitatem corporis illius, superplebit unde voluerit omnipotens. ¶ Ad aliud (si possibile esset quod præcise idem esset semen in duobus, & per consequens idem esset primo de veritate nature in duobus suppositis, quod tamen nunquam credo fuisse nec fore) illud resurget in primo. ¶ Ad aliud dico, quod non est similis ratio de toto, & de parte. quia primo intenditur restauratio eiusdem totius in resurrectionem. non ergo partis maxime de illa parte que non est principalis sine cuius identitate totum potest esse idem. ¶ Sed si arguas de parte princi-

pali, cuius vnitas requiritur ad vnitatem totius.

¶ Dico similiter de illa, sicut dixi de toto, quia partes homogeneæ sufficientes ad quantitatem eius debitam resurgent in illa parte organica, & hæc illa quæ prius fuerunt in veritate nature illius partis, prius in quâ duratione si fuerunt æqualiter de veritate alterius, & quantum ad puritatem, & quantum ad intentionem nature, si autem in aliquo alio principalius altero illorum modorum in alio resurgent.

QVÆSTIO II.

Utrum ignis infernalis cruciet malignos spiritus.



CIRCA istam secundam partem huius distinctionis. Quæro primo, utrum ignis infernalis cruciet malignos spiritus. Quod non. Auguf. 12. super Genesim arguit ex intentione sic. Agens est præstantius patiente, corpus autem non est præstantius spiritui, sed econuerso. ergo nullus corpus agit in spiritum.

¶ Præterea, secundum ipsum ibidem non sunt corporalia, sed corporalibus similia, quibus anima exute afficiuntur. ergo non afficiuntur pœna corporea.

¶ Præterea, primo de generatione, Corpus non agit, nisi per contactum, corpus autem non potest tangere spiritum, quia illa tangunt se, quorum vltima sunt simul, spiritus non habet vltimum.

¶ Et confirmatur istud per philosophum, septimo physicorum.

vbi

A voi vult, quod agens & patiens oportet esse simul, & nihil horum medium, spiritus autem non potest esse simul cum corpore, quia respectu corporis quasi non est in loco.

¶ Præterea primo de generatione. Agens intendit sibi assimilare passum, sed corpus non potest sibi assimilare spiritum, quia tunc spiritus esset ea pars alienius formæ, in qua assimilaretur corpori.

¶ Oppositum Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. **¶** Præterea Grego. 4. Dialo. capit. 30. Si diabolus, eiusque angeli cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animæ an requā recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta.

¶ Præterea Augu. 2. 1. de ci. Dei.

¶ cap. 10. Cur non dicamus, quāvis miris, veris tamē modis spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi. & istud probat ibi per hoc, quod spiritus hominum incorporei possunt, vel poterunt corporū suorum vinculis indissolubiliter al ligari.

HIC DICITVR, quod spiritus cruciatur igne in quantum eum apprehendit sub ratione disconuenientis. **¶** Et contra hoc, firmatur per Grego. Dialo. 4. ca. 1. q. 1. eo patitur quo videt, & quia cre ad mat se respicit cruciatur. **¶** Ad possibilitatem huius est Aut. 9. me. vbi exemplificat de somnio, quod aliquis magis cruciatur ex somnio ex tali apprehensione phantastica alicuius disconuenientis, quam affligeretur quandoque in vigilia ex presentia eiusdem. **¶** Contra hoc, aut

vera apprehensione apprehendit ignem, vt disconuenientem sibi, aut falsā. **¶** Si vera oporteret ponere modum illius disconuenientie, qui non apparet possibilis, quia tanquam contrarium realiter corruptivum, nullo modo potest esse disconueniens nec a ratione, nec a voluntate, quia obiectum est conueniens potentie. **¶** Si falsā, sequitur primo quod non ab igne, sed a sua falsā affirmatione cruciatur, quod est inconueniens, quia sicut nullus falsā opinione est beatus, ita nullus est falsā opinione miser. Secundo si illa falsā affirmatio est a Deo, Deus erit immediata causa deceptionis. Si autem ab ipso Angelo, non videtur probabile, quia secundum Diony. de diuinis nominibus, naturalia sunt in eis splendidissima. ergo possunt naturaliter apprehendere, quod ignis non est eis disconueniens.

¶ Præterea Grego. vbi supra. Anima non solum videndo, sed etiam experiendo incendium patitur.

ALITER DICITVR, *Hic. col. d. q. 9. d.*

¶ Spiritui datur quidam habitus supernaturalis propter demeritum peccati, & per illum habitum subijcitur corporali agenti, vt possit ab eo pati. **¶** Contra hoc, aut ille habitus est forma corporalis, aut spiritualis. **¶** Si corporalis, ita potest Deus dare illum habitum Angelo, vt inhercat, sicut quod Angelus sit albus, vel lapis lapideus, quia æqualis est repugnantia vtroque suscipientis ad susceptionem.

¶ Si spiritualis, ergo non per illum magis est passum proportionatum corpori, vt agentis,

Ati, quam prius. ¶ Præterea habitus non est quo simpliciter possumus, sed quo aliquantulum possumus, ergo in quo non est potentia simpliciter ad agere, vel pati, in eo non est potentia ad sic agere, vel pati. Sed in natura illa non est sufficienter potentia ad pati, nec ille habitus potest dare posse, quia non est potentia. ¶ Præterea, illa poena recipereur immediate in illo habitu, tanquam in proximo receptivo, immo nec mediate in ipsa natura Angeli, si repugnat illi natura. & si de primū, sequitur quod ille habitus separatus ab Angelo posset puniri eadem poena. Si secundum, sequitur quod nullo modo Angelus punitur, sed tantum ille habitus.

A D QVÆSTIONEM
dico, quod secundum Aug. de ci. Dei. 14. c. 15. dolor carnis tantummodo est offensio animæ ex carne, & quadam ab eius passione dissensio, sicut animæ dolor, qui nuncupatur tristitia, est ab his rebus, quæ nobis nolentibus accidunt. ¶ Ex hoc apparet, quod dolor est passio consequens apprehensionem sensitivam, & in appetitu sensitivo. ¶ Tristitia autem est proprie in appetitu intellectivo, aut in voluntate, & consequens apprehensionem euentus alicuius obiecti noliti. ¶ Primum. scilicet dolorem proprie dictum non oportet querere in spiritibus, siue Angelis, siue animabus separatis. Nisi fingatur, quod in spiritu separato sit appetitus sensitivus, & pari ratione sensus, & tunc etiam possit intelligi sibi passio, tam secundum appetitum illum, quam secundum sensum, quod tristicum

est, secundum Arist. primo de anima. Nihil aliud est dicere animam tritari, vel gaudere, quam texere, vel adificare. quod videtur verum est prout sunt passionēs appetitus sensitivi, quia ille sunt passionēs totius coniuncti, sicut & sentire, ad quod consequitur passio. Est ergo totius coniuncti ex de sensu, & de somno. Nec tamen nego in anima sensitiva esse illam perfectionem, quæ est completiva in ratione potentie sensitivæ. nam illa non est aliud ab ipsa essentia animæ intellectivæ, tenendo quod tenui. 2. lib. dist. 16. quod principia operandi ex parte animæ non sunt accidentia animæ. Sed illa perfectio quæ est in anima, immo est realiter ipsa natura animæ, non est in potentia visiva, vel auditiva nisi partialiter. Sed propria potentia visiva est quoddam essentialiter includens illam perfectionem animæ, & aliam perfectionem corporis mixti correspondentem illi ad operationem communem, & eodem modo ipsa sensatio est primo totius coniuncti ex istis duobus, ita quod proximum susceptivum, & ratio suscipiendi non est in anima, vel aliqd quod per se est in anima, nec forma mixtionis in organo, sed forma totius compositi ex corpore mixto & anima, & talis perfectio est proxima ratio recipiendi sensationem, & ideo illa forma totalis est potentia sensitiva. nec una pars eius, scilicet forma mixti, nec alia licet forma animæ intellectivæ ergo de dolore, ut distinguitur a tristitia non oportet querere causam, nec in spiritu separato, nec in anima separata, quia non potest esse ibi.

*Vide m. a.
in litera.*

p. c. 6. p.

q. De

A. De tristitia videamus, dico quod cum sit in voluntate ex apprehensione existente obiecti disconuenientis secundum rationem, vel oportet querere obiectum, quod statim ostendatur, ut disconueniens per rationem, & tamē positum. Vel si nō potest statim ostendi, ut disconueniens, nisi a ratione errante, quia non esset disconueniens Michaeli, & non videtur rationabile, q̄ illa afflictio sequatur apprehensionem erroneā, oportet inuenire ibi obiectum disconueniens secundum rationem & positum, & tamen positum. ¶ Dico autem q̄ ignis ille est obiectum sic disconueniens, & hoc dupliciter. ¶ Primo ut detinens spiritum diffinitive. ¶ Secundo ut immutans obiective. ¶ De primo nullum corpus, ut locans est loco disconueniens, nisi quia aliud corpus est sibi conueniens. Spiritus autem sicut cum nullo corpore habet naturalem conuenientiam, quia tūc illud esset naturale saluatorum eius. ¶ Ita ad nullum corpus habet naturalem disconuenientiam, propter quam detineri ibi sit naturae suae disconueniens. unde si Michaeli cuiusque corpori esset ex praecepto diuino coniunctus localiter, diffinitive etiam perpetuo. Et hoc apprehenderet. Nullo modo apprehenderet ut disconueniens, nec ut materiam tristitiae, ergo ad habendum tristitiam deigne detinente, oportet ut inueniatur primo ratio noliti. Sic angelus maius habet nolle detineri perpetuo ab igne, & specialiter sub ista ratione exsententia diuina, vel voluntate diuina, illic effectiue detinente.

Et ad istud nolle inclinatur affectio commodi, secundum quā appetit liberum vsum potentie, ut sicut natura sua est indifferēs ad quodcunque corpus, sic posset se facere praesentem cuiusque corpori. Promouet autem superbia propter quam appetit ut propria potestate. Consumat inuidia, propter quā nunquam vellet determinate esse propter sententiam, vel actionem diuinam. Istud nolle praecedat detentio, & apprehensio detentionis. Isto autem nolle licet inordinate posito in voluntate eius, sequitur apprehensio certa de euentu istius noliti, & ex hoc tertio, vel quinto computando ista duo quae praecedunt nolle, sequitur tristitia. ¶ Si queras, nunquid illam tristitiam effectiue cauſat ignis detinens?

¶ Respondeo, ignis non detinet spiritum effectiue, quia q̄ non locat aliquid effectiue nec impedit ipsum amoueri ab hoc loco, non detinet ipsum. haec domus quidem non detinet me effectiue quantum ad primum, quia non locat me effectiue, tamē impedit me moueri ad aliū locum, & ideo potest dici quodammodo effectiue me detinere sicut prohibens aliam detentionem formalem, unde locus formaliter me continet & locat, nō autem effectiue. Sed neutro modo potest aliquis locus corporalis detinere angelum. ergo tantummodo ille ignis formaliter detinet, ita quod nulla est detentio ignis pertinens ad genus actionis, sed tantummodo respectus extrinsecus adueniens reducibilis ad genus ubi. Detinens autem actiue, siue pri-

A mo modo, quia terminans actiue ad locum illum, siue secundo modo, quia prohibens ab illo loco ad alium locum Deus est immediate, quia contra voluntatem angeli, non habentis saltem angelum superiorem non posset fieri sic detentio, nisi a Deo immediate. Sed ulterius angelus non tantum odit detentionem actiuam Dei, & suam passiuam, a Deo, sed odit detentionem formalem perpetuam ab illo igne. Nec tantum apprehendit illam detentionem actiuam, vel passiuam ut positam, vel continuandam, sed illam detentionem formalem, & per consequens de illa detentione formaliter tristatur. Obiectum autem

B tristabile proprie causa est ipsius tristitia, quia non voluntas immediate, tunc enim esset in potestate eius immediate tristari, vel non tristari, quod non est verum, posita nolitione, & apprehensione noliti, ita quod detentio illa formalis, vel ignis ille detinens formaliter effectiue contristat. Et sic ultra cum tristari sit formaliter cruciari, eo modo quo possibile est spiritum cruciari, sequitur quod ignis ut formaliter detinens spiritum effectiue cruciat, & secundum illum modum potest saluari dictum illud, quomodo ignis est instrumentum Dei cruciando, quia principaliter odit detentionem actiuam Dei, & suam passionem a Deo, quam detentionem illam formalem ignis, quia secundum non odit nisi in ordine ad primam, & ita quod affligit obiectiue in secundo affligit in virtute primi, & ita instrumentaliter nec sequitur, ignis non detinet effectiue sed tantum formaliter, ergo non

affligit effectiue, quia ipsum ut detinens formaliter est obiectum nolitum, & apprehensum, ut positum. Et ideo effectiue infert tristitiam.

¶ Si dicas, hoc non est tantum quia nolitum, sed quia obiectum est secundum se discutiens, quia spiritui conuenit libertas, ac indifferentia, ad quicunque locum corporalem, ergo.

¶ Antecedens est falsum, ut dictum est supra de Michaeli, si apprehenderet se perpetuo determinari ad certum locum vnum a sententia diuina, non tristaretur, quia etsi in eo sit libertas, vel indifferentia ad loca, non tamen ad illa, ut in actu tanquam perfectio naturalis. quia sicut nec vnus locus, ita nec indifferentia ad quicunque loca naturaliter perficit angelum, & ideo determinatio ad vnum non est contra naturalem inclinationem angeli.

¶ Exemplum illius modi tristandi potest esse in hominibus desiderantibus mori, quibus tristis est vita, hoc modo odium animam in corpore suo esse, & que ad instant mortis naturalis, propter aliquod odibile concomitans vitam mortalem, & secundo apprehendunt istud nolitum fore. & ideo tertio sequitur tristitia de detentione animae in corpore, seu de corpore ut detinente animam: non quod corpus detineat effectiue animam, sed quomodocumque ut susceptiuum formae, & ut sic detinet est obiectum nolitum, & ut sic apprehensum effectiue constat, & istud haberi potest a Grego. dialo. iij. Si viuens hominis spiritus incorporeus tenetur

*Vide ibi
ubi supra
& R. hoc
dicentes.*

*Speculatio
notabilis.*

cap.

tur

Atur in corpore, cur non post mortem incorporeus spiritus corpore igne teneatur? & Augu. 21. de ciuita. Dei. cap. 10. Si spiritus hominum profecto incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterant corporum suorum vinculis indissolubiliter alligari.

DE SECVNDO modo, scilicet qualiter vt obiectum immutans contristat consimiliter, quo ad aliquid, dicendum est. Et primo. intellectus enim angeli determinatur perpetuo ad intente considerandum ignem in ratione obiecti.

¶ Secundo, apprehendit ista determinationem ad talem considerationem.

¶ Tertio, odit, & sicut prius istud odium oritur ex affectione commodi, ex qua vult quodcumque obiectum prout sibi delectabile fuerit considerare nunc hoc, & nunc illud, & promouetur ex superbia, ex qua vult vt intellectus sua secundum imperium voluntatis propere, & consumatur ex inuidia propter quam odit determinari Deo ad aliquam considerationem vnicam.

¶ Quarto sequitur apprehensio non tantum nuda istius considerationis, sicut in secundo, sed apprehensio certa de euentu istius considerationis intente & perpetue.

¶ Quinto ex hoc sequitur tristitia.

¶ Quo ad aliquid autem est simile hic, & in precedenti quo ad primum. quia ignis hic habet rationem agentis effectiue detinentis intellectum angeli in intente conside-

ratione sui, & non ex imperio voluntatis angeli.

¶ Et si queras quomodo illa possit competere igni, cum nullum corpus possit intelligentiam spiritus ita efficaciter mouere, vt non magis subdit intelligentia voluntati ipsius spiritus quantum ad determinationem actus considerandi, scilicet hoc vel illud, sicut August. dicit quod voluntas auertit & conuertit intelligentiam nunc ad hoc nunc ad aliud.

¶ Oportet ergo dicere quod istud non conuenit igni virtute propria, quia tota virtute actiua ignis posita angelus sibi dimissus posset ignem vel aliud corpus indifferenter considerare pro imperio voluntatis suae. Ideo oportet dicere quod illa detentio in consideratione ignis intente, & perpetua, & contra voluntatem angeli, sit effectiue a Deo principaliter, & ab igne vtriusque, sed minus principaliter. Et potest poni exemplum. sicut intellectus agens, & phantasma se habent ad mouendum intellectum possibilem in nobis. sic in proposito Deus habet similem modum intellectui agenti, & ignis phantasmati, & esset omnino simile, si in nobis intellectus agens esset formaliter volens, & possibilis similiter. & agens per voluntatem suam determinaret aliquod certum phantasma ad mouendum efficacissime intellectum possibilem contra voluntatem eius. Nec obstat quod principale agens, & instrumentum non sunt in eodem supposito hic, sicut ibi intellectus agens, & phantasma, quod

De tri. 2. 9. & alibi sepe habetur.

Exemplis doctrinae.

ordo

A ordo agentium illorum non requirit iditatem suppositi. § In tertio etiam est differentia hic & prius, quia multo magis odit angelus perpetuam detentionem intelligentiæ suæ in intensa consideratione ignis, quam detentionem formalem sui localiter diffinitivæ ab igne, quia in opposito primi. § libero vñ intelligentiæ suæ pro imperio voluntatis circa quodcumque obiectum multo magis consistit perfectio eius quod multo magis desiderat, quam in libero vñ potestatis suæ motu quantum ad ubi diffinitivæ. Illa autem detentio in consideratione intensissima ignis impedit primam libertatem, quia per hoc impeditur intellectus eius perfecte considerare alia considerabilia, sed detentio diffinitiva ab igne non impedit, secundum. § liberum vñ potentiam motuam, ut non possit facere præsentem cuicumque corpori. § Et hoc sequitur differentia in quinto, quod multo maior erit tristitia ex illa secunda causa, quam ex præcedente, quia ubi est maior nolitio & eque certa apprehensio de euentu, sequitur maior tristitia. Est etiam differentia in isto & præcedenti quo ad hoc aliquantulum, quod magis potest dici ignis effectivæ affligere spiritum isto modo, quam modo præcedenti, quia ibi tantummodo affligit effectivæ, quia ut obiectum nolitum apprehensum causat tristitiam, hic autem effectivæ causat primam apprehensionem ad quam determinatur intellectus, quæ est nolita, & ita hæc habet quasi duplicem actionem, in priori, non nisi simplicem; sed sicut in priori non ponebatur discōnvenientia ignis

ex natura rei, sed tantummodo a nolitio detinentis, ita & hæc discōnvenientia non est ignis ut obiecti cōsiderati, sed finaliter, quia nolitum est illud obiectum sic considerari, tamen est maior inclinatio ad nolle sic quam in modo priori. § Contra vñque modum sunt instantiæ. contra. *Arguitur* primum, quia omnes detinetur aequaliter, ergo omnes cruciabitur aequaliter, consequens est contra Aug. 21. de civi. c. 16. Nequaquam negandum est ipsum aternum ignem alijs leuiorem, alijs futurum esse graviorem, siue ipsius ardor pro pœna digna cuiuscunque varietur, siue aequaliter ipse ardeat, sed non aequaliter molestia sentiatur. Ex qua etiam auctoritate videtur haberi, quod ardor cruciabit eos & non tantum detentio. § Contra secundum, quia si non nisi intelligibiliter imprimat, talem impressionem sequitur delectatio, quia illa est conueniens potentie intellectui & probatur etiam, quia delectaret Michalem. § Contra vñque simul, quia si non nolit, vel non odit sic detineri vel ab obiecto sic immutari, non instabitur, ac per hoc cum in potestate eius sit non nolle, in potestate eius erit non cruciari. § Præterea, æque posset affligi lapide, vel sole, vel celo, emptyreo si detineretur diffinitivæ ab illis, & mutaretur ab illis obiectivæ. § Ad primum, detentio formalis, quæ est secundum diffinitionem, æqualis est, sed nolite non est æquale, immo intensius in his qui magis peccaverunt, & ideo maior tristitia. Ad secundum non est in potestate eorum illud nolle, vel non nolle, sicut tangetur de continua.

inuatione mali actus in eis, cuius causa forte est actio continua cū superioris agentis ad ali quid vniforme in eis propter de meritum præcedens; ad quod vniforme sequatur vniformiter afflictio eorum. & propter hoc non potest aliquis remissius nol lequā modo nolis, quia sicut non est in potestate eius actus ita nec modus actus, & sicut cau sa superior vniformiter agit ad nol le, propter quod causa infe rior non potest difformiter age re ab ipsa, ita vniformiter agit ad intensionem huius nol le. ¶ Ad aliud, prima impressio, quæ est ad intellectionem ignis delecta bilis esset ex se ipsa intel lectui, sed in quinto instanti post nolitatem. i. apprehensionem euentus noliti, ex illa apprehen sione nolita, & apprehensa, causa tur tristitia. ¶ Et si dicas saltem apprehensio, vt in primo instan ti posita causabit delectationē. ¶ Respondeo, non potest, quia appetitus ille in eodem instan ti habet tristitiam vehementē, & illa excludit omne gaudium, nō tantum contrarium, sed imperti nens. ex. c. 7. Ethy. ¶ Si dicas cau sa delectationis est prior natura liter, quā causa tristitiæ. ¶ Respondeo, in habentibus tantum ordinem naturalem, & simulta tem realem efficacius excludit minus efficax. licet efficacius sit posterius natura. nec mirū, quia impediens siue prohibens quā doque est posterius naturaliter, agens tamen primum impedi tur per contractionem eius. exē plum in generatiuo vnus, & alteratio ad contrarium.

AD ARGVMENTA.
¶ Ad primum, illa propositio Au gustini pēdet ex illa, quod agēs

est præstantius termino forma li actionis, & terminus formalis actionis est præstantior suo re ceptiuo. ¶ Secunda autem ista rum non est vera, nisi quantum hoc est actus, & illud potentia, & sic concedendum est agens in quantum in actu formali, vel vir tuali esse præstantius passio in quantum est in potentia ad il lud. vnde illa propositio, agens est præstantius passio, vera est quā tum ad hoc quod pariens recipit ab agente, & quantum ad hoc non potest se facere in actu per se, sicut secundum id fit in actu per agens. sed ex hoc non sequitur, quod sit præstantius absolute natu ra illius quod est susceptiuum, sicut nec de termino formali re spectu eiusdem. Sed quia Aug. intendit concludere per illud ar gumentum, quod corpus non agit in spiritum, potest dici quod maior sua est vera de agente acqui uoco, & totali seu principali, ali ter non. & si conclusio est vera, & concessum est, quod ignis nō est agens principale in spiritū siue in illa detentione, quia in illa nō agit, sed formaliter diffinitiuē continet, siue in immutatione, quia ibi non agit, nisi vt instru mentum Dei, sicut phantasma se habet ad intellectū agentem. In causando autem tristitiā hoc modo vel illo non est principa le agens, sed ipsa voluntas nolēs illud obiectum: magis enim ex hoc quod obiectum est nolitum se quitur tristitia, quā ex ratione obiecti in se, vel ipsa apprehen sio euentus obiecti noliti, quia obiectum non tantum nolitum, sed vt nolitum apprehensum es se, vel fore contristat. ¶ Ad aliud Augustini potest exponi ibi de his quibus spiritus afficiuntur

im-

QUAESTIO. III.

TOTIVS DIST.

Utum homines damnati post iudicium cruciabuntur illo igne infernali.



SECUNDO quæro. Utum homines damnati post iudicium cruciabuntur illo igne infernali. Quod non s. topi. Omnis passio facta magis abiicit a substantia. ergo si continue cruciarentur ab illo igne, magis ac magis deperderetur eorum substantia, & per consequens tandem omnino consumerentur. quod est contra illud Job. 20. Luet. omnia quæcunque ipse fecit, nec tamen consumerentur. & contra illud Apoc. Desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Præterea, aut patientur ab illo igne realiter immutante, aut tantum intentionaliter. non realiter propter duo. Primo, quia cessante primo motu reali, non videtur aliquis motus realis possibile, cum posterior dependeat a priori, sed post iudicium cessabit primus motus. ergo.

Secundo, quia irealiter corrumperetur corpus illud, quia vnum contrarium est realiter corruptivum alterius. Sed si tantum erit intentionalis, non erit afflictivus, quia illa passione paterentur sensus beati ibi presentis ab igne. ergo nulla passione patientur. Oppositum Matth. 25. iudex dicit hominibus damnandis. Ite maledicti in ignem æternum.

A immediate, quia illa sunt similia corporibus, quia passionibus aliquo modo causate a corporibus, non autem de illis quibus afficiuntur spiritus mediate, quia ista sunt corporalia, vel quod idem est exponatur de efficienter formaliter non effectiue. Ad aliud, hoc vniuersaliter est verum, quod oportet agens esse præsens patienti, saltem secundum virtutem actionem. & ex hoc sequitur, ubi præsentia proportionata non potest haberi nisi per contactum requiritur contactus, ubi autem verior potest haberi illa, multo magis sufficit ad actionem, sed multo inferior potest esse præsentia spiritus ad corpus per coexistentiam, quã

D sit illa per contactum. Aliter potest dici quod requiritur contactus virtualis non mathematicus. * contactus autem virtualis est, quod aliquid in isto possit esse terminus virtutis in illo. quod nihil est aliud, quam illud habere virtutem causatiuam alius cuius in illo. & isto modo Deus, si non esset citra orbem lunæ, presens esset centro terre. sicut est in 2. di dictum. est in lib. 1. distin. 37. Ad aliud potest dici quod causa æquiuoca æquiuoce assimilatur secundum quod habet in se non formaliter sed virtualiter. & hoc modo obiectum quod est nobile habet in se tristitiam & secundum illam assimilatur. Alio modo potest dici quod illa propositio est vera de agente principali non instrumentali. Deus autem est hic agens principale, & sibi assimilatur passum, quia intelligit, & vult afflictionem illius, & secundum hoc intellectum, & nolitum assimilatur sibi passum.

*a. l. velito
tupm.*

*Bar.
Hic habes
quid sit co-
tactus vir-
tutis &
nullibi cla-
rius hoc
idem in
1. dist. 37.
et in 2. di
stin. 9. &
supra pag.
251.*

A AD QVÆSTIONEM

Nata parer, q̄ ignis præiens corrupti-
bili animato anima sensitiva, po-
tuit hoc test habere in illud duplicem ac-
tionem. scilicet realem quæ est vniu-
ersalis, & intentionalem quæ respec-
tuat, sed diuilius est æquiuoca, quia spe-
cies sensibilis non simpliciter
parer, est eiusdem speciei cum ipso ob-
iecto. ¶ Ad propositum ergo di-
cendum, qd post iudicium cum corpus
hominis sit per se corruptibile,
ignis præiens poterit habere in
illo vtrunque actionem, quia nō
repugnant, & est ibi tam susce-
ptiuum, quàm cā actiua vtrius-
que. Nisi dicas realem tunc im-
pediri ppter defectū motus ce-
lestis, sed de hoc distine. 48. ¶ Potest
etiam tunc vna esse sine alia, lo-
quendo de possibili absolute, q̄
neutra dependet essentialiter ab
altera, vnde & modo sunt sepa-
rabiles si aliquid sit susceptiuū
formæ realiter, & non intention-
aliter, & aliud econuerso. sed
tunc non poterit vna non inesse
nisi propter aliquod impedi-
mentum, & hoc, vel quia Deus
non coagit igni ad illam actio-
nem, vel quia aliquid agēs crea-
tum impedit vnā actionem,
& non aliam. ¶ Secundo di-
co qd sola intentionalis sufficit
ad causandum dolorem, sola au-
tem realis sine intentionali non
sufficeret ad hoc. ¶ Secunda
pars est manifesta, quia licet li-
gnum calefiat, quantumcunque
excessiue, tamen non dolet. ¶ Pri-
ma probatur, quia excellens sen-
sibile, vt excellens sensibile na-
tum est inferre dolorem, quia
est disconueniens in quantum
tale, & tamen in quantum excel-
lens sensibile non immutat nisi
intentionaliter, licet enim alia
immutatio realis concomite-

tur, qua dissoluitur organum.

a media proportionem, in qua cō-
sistit, tamen si sine illa actione
esset obiectum disconueniens
sensatum, sequeretur dolor.
¶ Hoc etiam probatur, quia ali-
quando vbi est modica, vel nul-
la immutatio realis, est magnus
dolor propter immutationem
intentionalem, sicut si manus
fuerit excessiue frigefacta ex cō-
tactu niuis, vel glaciei, si statim
approximetur igni, est ibi vehe-
mens dolor ab illo obiecto im-
mutante, & tamen modica, vel
nulla actio realis a calido in ma-
nu propter excellētiā contra-
rii, scilicet frigoris in ipso pas-
so. ¶ Modus autem est iste,
dolor sicut & delectatio sensi-
tiua est passio causata in appe-
titu sensitivo ab obiecto appre-
hensio per sensum, sicut er-
go aliquod obiectum inquan-
tum obiectum, hoc est inten-
tionaliter motiuum est conue-
niens, ita causat posita sensa-
tionem delectationem in appe-
titu sensitivo, (vnde non est fa-
cile in omni delectatione salu-
tem visus, & auditus, fingere
immutationem aliquam rea-
lem ad salutem ipsius suppo-
siti.) Eodem modo, licet im-
mutationem intentionalem
obiecti disconuenientis con-
comitetur alia immutatio realis
disconueniens nature, (quod
forte non est verum in visu &
auditu) sequitur dolor causa-
tus ab illo obiecto sensato, vt
sensato in appetitu sensitivo.

¶ Tertio dico, quod pro-
babilius videtur post iudicium
ponere solam immutationem
intentionalem, quia etsi possit
vtraque tunc poni ex primo ar-
ticulo, tñ realis non faceret al-
terum. sup. 4. Sen. Xx quem

A quem dolorem sine intentionali, nec etiam cum intentionali, sed sola immutatio intentionalis faceret dolorem. ergo cum pluralitas non sit ponenda sine necessitate, & non ponitur ibi passio ignis nisi propter afflictionem illorum ab igne, sufficit ponere solam intentionalem, ita qd alia posita videtur superflue, quia nihil faceret ad hunc finem. ¶ Præterea, congruum est ponere circa damnatos ita pauca miracula, sicut possibile est, cum non sit verisimile, qd Deus velit circa eos tunc multiplicare miracula ultra illud qd requiritur ad punitionem eorum iustam, sed ponendo actionem realem, & cum hoc (ut necesse est) intentionalem, videtur qd oportet ponere circa eos plura miracula, quam ponendo solā

B intentionalem. ergo &c. Probo *Difficul-* minorem. licet quæcunque via *tas curio-* habeat ponere qd tunc non cor- *sa & sub* rumpuntur a causa intrinseca, *tilis sed* & hoc vel per conseruationem *non in do-* diuinam miraculosam, vel non *ctrina phi* miraculosam sed iustam, quia *de sophi.* correspondentem statui finali in quo iam illi sunt, tamen si ponatur actio realis ibi est aliqua causa corruptiua extrinseca, & miraculum videtur, si illud non corrumpit, cum causa quæ potest inducere aliquid incōpossibile alicui possit ipsum corrumpere, ille autem ignis potest inducere calorem omnino incompossibilem qualitati mixti requisitæ ad vitam. si ergo illum non inducat in summo, & tamē agat realiter, miraculū est, sicut fuit in camino, vbi ignis non habuit omnem actionem, quā ex natura sua habere potuisset: si iterū inducat calorem in illo gradu

miraculum est qd ille gradus fiat cum vita. ¶ Si dicas eodē modo ex alia parte oportet ponere miraculum, ne corrumpatur ab extrinseco, nam naturaliter immutatio illa intentionalis excessiua causat dolorem excessiuum, unde & dolor excessiuus occidit, sicut apparet de Antiocho. i. Mach. quinimmo etiam timor excellēs, de quo minus videtur, quandoque est cā mortis. ¶ Respondedo, nullus dolor simpliciter repugnat qualitati mixti simpliciter requisitæ ad vitam, quod patet satis, quia intentio causatiua doloris magis videretur repugnare, sed illa non repugnat, sicut nec vnum contrarium in esse reali, & aliud in esse intentionali. Apparet etiam per August. 21. ci. c. 3. Non ideo mori poterunt illa corpora, quia dolerunt, & subdit. Cur corpora quæ animalibus dolorem possunt inferre, mortē vero inferre non possunt, nisi quia nō est cōsequēs ut mortē faciat, quod dolorem facit non est ergo necessarium futurę mortis augmentū dolor, & rō sua paulo ante posita ita in hoc, Anima est dolere non corporis, etiam qn ei doliendi cā est a corpore. si ergo a dolere argumētū sumeret ad mortē, magis ad animam pertinet mori, ad quam magis pertinet dolere. Adhuc ante illud innuit rationem aliam, quasi talem, cuius rationis est dolorem facere mortis argumentum, cum vita potius sit indicium: certum est enim viuere omne quod doli, quasi arguit, si dolere necessario infert viuere, non necessario infert mori. Dico tamen, qd quandoque immo hic, ut in pluribus ad dolorem excessiuum sequitur

A tur mors, ga sequitur improprio illius qualitatis naturalis requisitæ ad vitam, & modum ponere requireret declarare quomodo virtus phantastica & appetitus possunt habere actionem in qualitates naturales, sed quomodo eunque hic sic non est ibi formalis repugnantia cuiuscunque sensationis, vel doloris, ad quemcunque gradum qualitatis naturalis requisitæ ad vitam, ergo non erit in miraculū, dolorem quēcunque esse sine morte, sicut qualitatem realem simpliciter contrariam qualitati mixtæ esse cū vita. ibi enim esset quasi repugnantia formalis inter qualitatem inductam a contrario & qualitatem requisitā ad vitam, vel si secunda non opponeretur, esset miraculum vitam esse sine illa qualitate mixta. sed hic non requiritur aliquod miraculum, nisi quod dolor suspendat ab effectu suo, ut in pluribus. I. ne ad ipsam sequatur distēperatio mixtionis repugnans virtuti, ipsum autē quo ad talē effectū suspendi non oportet ponere novū miraculū, sed reduci ad idē ad quod reducitur suspensio actionis contrariorū ad intra, nec corrumpant: videlicet ut per statū finalem, ad quem reducti sunt Deus suspendat causas ab effectibus, ut in pluribus, qui si sequeretur destrueretur illud cōpositum. ¶ Præterea tertio, scriptura videtur dicere eundē dānatum pati a contrariis, iuxta illud Iob. Ab aquis nimium transibunt ad calorem nimium. Et licet saluaretur iuxta illam sufficiens literæ alteratio in istis afflictionibus, tamen non posset probabiliter saluari quod simul pareretur in summo & realiter a

cōtrariis. pōt at saluari, & simul pariatuſ & in summo intētiona- liter ab eis, quia species contrariorū ē in summo non sunt contraria: ergo illa via de intētiona- li sine reali immutatione pōt plura saluare pertinentia ad eorū afflictionē, quā alia. ¶ Quarto dico, quod nec est oīno certa rō ad negandū ibi immutationem realē, quia ex quo pōt poni, ut hī in primo articulo, & licet non sit necessaria ad dolorem, sicut hī in 2. art. Tamen quęcunque arguuntur in tertio articulo si ascribantur miraculo, non pōt im- pbari. Posset enim Deus, vel coagere igni ad inducendū calōrē realem in corpus, non tñ qd esset formaliter repugnans qualitati illius mixtionis vel cōplexionis, & tunc posset poni miraculū in hoc quod non coagit in totum effectū in quē agit ignis. Posset etiam Deus coagere igni ad illum summum calorem incompossibilem, & tunc destrueretur illa mixtio proportionata, nec tamē destrueretur vita Deo miraculose conservante causā. Quod si ponatur calorem induci in summo, & tamen qualitatem illam mixti stare in eodem, videtur quod formaliter repugnātia sit. Sicut si medium & extremum similiter fierent in eodem. Et an hoc sit possibile Deo nō hic, sed alibi. tamen non est ita notū, sicut alterū duorū p̄dictorū. ¶ Sic ergo dico, quod patienter passionē afflictivā ab igne, & ideo necessario passione intētionali, non necessario autē ad afflictionē passionē reali, sed si illa cōcomiteretur (quia causa naturalis approximata susceptivo) oportet incorruptionem illius corporis ab extrinseco saluari, aliquo

*Specularo
designetur.*

D

X 2 pra.

A praedictorum modorum. ¶ Con-
tra secundum articulum instat
per hoc, quod sensus beati sentiret
omnem differentiam sensibilem,
ergo si esset beatus in illo igne
intentionaliter immutaretur ab
illo, sicut damnatus, & tamen non
pateretur passione afflictā, ergo
illa non est per solam passionem
intentionalem. ¶ Præterea, om-
nis operatio est delectabilis po-
tentia operanti, quia perfectio
eius, ergo sensatio quaecunque,
quæ concomitatur actionem in-
tentionalem, erit delectabilis,
non ergo dolorosa. ¶ Præter-
ea, appetitus sensitivus non est
nisi propter naturam, ergo ni-
hil est sibi disconueniens, nisi
quia disconueniens naturæ.
¶ Ad primum, vel sensui bea-
ti nullum sensibile esset ex-
cellens, quia sensus ille, ita erit
perfectus quod non poterit aliquid
sensibile propter excessum esse
illi improporionatū, & tunc se-
queretur, quod etiam si immutaret
intentionaliter ab illo igne, non
tamen dolorose, quia non a di-
sconueniente. ¶ Vel aliter, cum
dolor non causetur (ut dictum
est) in ipso sensu, sed in appeti-
tu sensitivo, & appetitus sensiti-
vus beati est totaliter quietatus,
vel complete satiatus delecta-
tione sensibili, & delectatio
excellens excludit tristitiam quan-
cunque. 7. Ethic. in illo appetitu
beati nullus dolor causari pos-
set. Esset ergo concedendum,
si illud sensibile esset excellens
sensui eius, quod dolor causaretur
in appetitu eius, nisi quia a
causa efficaciori inest illi appeti-
tui, quod excludit omnem dolorem.
¶ Ad secundum, operatio non
proportionata non est delecta-
bilis, talis est sensatio obiecti ex-

cellentis, nec mirum, quia operatio
non est delectabilis, nisi
quia circa obiectum delectabi-
le, illud autem obiectum est di-
sconueniens, ideo contristans,
vel dolorificans. ¶ Ad tertium,
verum est quod natura facit aliquid
esse disconueniens appetitui sen-
sitivo, quia illud, vel concomi-
tans illud communiter est cor-
ruptivum naturæ, tamen est
quod tale aliquando non con-
comitur, semper manet discon-
uenientia prima: ita in propo-
sito, licet non sit hæc immoderata
calefactio, concomitans speciem
excellens calidi, tamen
manet disconuenientia calidi,
ut speciem imprimentis ad ap-
petitum sensitivum.

A D ARGVMENTA
principalia. ¶ Ad primum, illa
auctoritas. 6. Topic. videtur im-
probare ad actionem realem ignis,
non autem intentionalem, quia
de illa non intelligitur dictum
philosophi, sed si realis ponatur,
oportet dicere quod propositio est
vera, quantum est ex parte cau-
sæ naturalis dimissæ sibi in agen-
do, quia per continuationem fit
magis & magis obiectum con-
uenientis a substantia, cui illud
est conueniens, sed in proposito
non dimittitur causa naturalis
sibi. ¶ Vel aliter magis obiectum
a substantia dispositivum, quando
sequitur illud, ad quod est dispo-
sitio, sed hic non sic magis ob-
iectum de substantia hoc modo, quia
non potest in effectu illius disposi-
tionis, quæ scilicet esset dispositio
causæ naturalis sibi dimissi-
sæ. ¶ Ad aliud patet, quod actio in-
tentionalis scilicet vel realis inibi po-
nenda necessario, & quod posset ibi
posse, & ad obiectiones contra ex
articulo secundo, & tertio.

P. R. A.

Cap. 13.

PRATEREA SCIEN-
DUM EST QVOD OM-
NES ANIMÆ &c.

DIST. XLV.

QVÆSTIO I.

Utrum anima separata possit intel-
ligere quidditates sibi ante sepa-
rationem habitaliter notas.



IRCA istam dist.

45. qro quatuor.

¶ Primo, utrum ani-

ma separata possit

intelligere quidita-

tes sibi ante separationem *ha-

bitualiter notas. ¶ Quod non. 3.

de anima. phantasmata se habēt

ad intellectum, sicut sensibilia

ad sensum, sed sensus nō potest

aliquam sensationē habere, nisi

mouetur a sensibili, ergo nec

intellectus aliquam intellectio-

nem, nisi mouetur a phantasmate,

sed tunc non mouebit-

ur a phantasmate. ¶ Præterea,

primo de aīa. intellectus corrū-

pitur quodam interiori corrū-

pō, illud interius non pōt esse,

nisi organum phantasiæ, illud

autem corrūpitur in morte, er-

go & intellectus. ¶ Præterea, nul-

lus intellectus intelligit, nisi in-

tellectus possibilis, quia agens

non intelligit, sed possibilis non

manet post mortem, quia. 3. de

anima. intellectus passiuus cor-

rumpitur, possibilis est passiuus,

ergo &c. ¶ Oppositum. 3. de ani-

ma. anima est locus specierum

non tota, sed intellectus, loci au-

tem est saluare locatum, ergo in

tellectus saluat species, ergo &c.

¶ Præterea Boetius. 3. consolati-

onis. receptū est in recipiente

per modū recipientis, aīa reci-

piens species intelligibiles est
incorruptibilis, ergo recipit eas
incorruptibiliter. ¶ Præterea.
Auic. 6. naturalium. prima par-
te. capit. 6. Anima separata cla-
rius videbit veritatem, quam
coniuncta, & concordat cum
illo Sapient. nono. Corpus quod
corrumpitur, aggrauat ani-
mam.

HIC EST VNA opinio
de intellectione animæ sepa-
rata, quod ipsa intelligit per spe-
cies sibi infusas a Deo, sed eius
pertractatio magis est propria
in sequenti quæstio. ¶ De specie
ergo non infusa, siue per mo-
dum naturalem acquisita, vide-
tur esse opinio Auicennæ. 7. natu-
ralium. parte. 7. cap. 5. quod ip-
sa non manet sine actu intelli-
gendi. ¶ Ad hoc adducitur etiā
Augu. 11. tri. c. 3. quod cessante
actu cogitandi nihil manet in
intellectu, sed postquam cō-
uersa est ad memoriam recedit
ab ea. hæc sonant, quod nulla
species intelligibilis remaneat
in intellectu habitualiter ces-
sante actu.

ALIA OPINIO est, quod
in intellectu nulla est species
intelligibilis, sed tantum phan-
tasma in virtute phantastica.

¶ Circa hoc diffuse habitus
est tractatus distinc. 3. primi. q.
7. & distinc. 3. secundi. qō. 10.
vnde ex probatis supponatur.
¶ Primo, quod species *intelligi-
bilis sit ponenda. ¶ Secundo,
quod ipsa remaneat in intel-
ctu cessante omni actu intel-
ligendi. Nec tantum rema-
neat, vt raptim transiens, sed vi
habitus, quo ad rationem per-
manentia. An autem sit habi-
tus, tactum est ibi in 2. lib. lo-
quendo enim de habitu vitate,

XX 3 prout

Th. 1. par.
sum. 9. 20
ar. 1. et 50.
di. 4. q. 1.

a. l. prius
quam.

rem. quol.
4. q. 7. &
3. Gos. quo
li. 9. q. 19.
B. Propter
quatuor
ponit spēs
intelligibi-
lis a Sco-
to, 1. pp
vniuersa-
litatē ob-
iecti. 2. pp
presentia
3. pp eco-
seruatio-
nem 4. pp
dignitatem
intellectus.